



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

communicationem latae sententiae, etiam ut læse maiestatis rei vltimi supplicij, & confilcationis omnium bonorum, ac priuationis officiorum, & beneficiorum, si Clerici fuerint, penas incurrut ex constitutione Urbani V I I I. quam refert Barbos. de officio. & pot. Episc: par. 3. all. 51. num. 134.

4 Obseruant autem DD. eos tantum Astrologia Judiciaria esse, reos, qui ex astris præcisè faciunt iudicia, vel nativitates hominum circa futuros effectus contingentes ab humana voluntate pendentes, ac de ictis loqui constitutionem Sixti V. ita Bonac. de censor. in par. disp. 2. q. 2. pun. 38. nu. 3. & seq. Megal. in ver. Astrologia num. 6. Dian. par. 4. ur. 7. ref. 17. ubi citat Leff. de iust. & iur. lib. 2. c. 43. dub. 6. num. 42. Barbos. loco cit. n. 134. quibus adde S. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 5. ubi dicit, quod corpora cœlestia non possunt esse per se causa operationum liberi arbitrij, licet possint ad hoc dispositiue inclinare, quatenus influunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas: quia tamen vires sensitivæ obediunt rationi, nulla necessitas ex hoc 5 libero arbitrio imponitur, sed contra inclinationem cœlestium corporum homo potest per rationem operari, idem dicit Graff. par. 1. lib. 2. cap. 3. num. 12. & seq. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 186. & alij communiter. Vnde qui certò crederet, aliquem, quia sub tali sydere, vel constellatione natus fuerit, cogi ad bene, vel male operandum, in hæresim incide-

ret o. illud 26. q. 2. Vulp. in Prax. Iudic. cap. 37. nu. 14. Megal. in ver. Astrologia num. 8.

6 Ex quo inferuat, nullo iure prohiberi prædictionem, vel iudicium circa inclinationes hominum; de his enim aliquale iudicium trahi posse ab astris, dicit Sylu. in ver. superstitione n. 6. Bonac. loco cit. pun. 38. nu. 3. Vulp. ubi supra n. 13. Megal. num 6. & 7. Dian. par. 4. tr. 7. ref. 17. & alij communiter.

Inferunt 2. neque prohiberi eas coniecturas, quæ ab alijs etiam causis, & circumstantijs particularibus desumuntur, videlicet ab ipsa corporis complexione, dispositione, seu temperamento personæ, ab actionibus hominis, alijsque consimilibus circumstantijs, Sylu. in ver. superstitione num. 6. Bonac. loco cit. num. 6. ubi citat Leff. lib. 2. cap. 43. dub. 6. nu. 42. Sanch. in oper. mor. lib. 2. cap. 38. num. 33. & alios, & banc esse communem d. Dian. p. 4. tr. 7. ref. 17.

8 Inferunt 3. non prohiberi iudicia, & naturales obseruationes circa rem medicam, nauigationem, & Agriculturam, ut constat ex d. constitutione Sixti V. & docet Sæ-Elus Thom. loc. cit. d. ar. 1. Barbos. d. par. 3. all. 51. nu. 134. Ricc. in Prax. par. 2. ref. 186. Vulp. d. cap. 37. n. 13. & alij communiter.

## S V M M A R I V M:

<sup>1</sup> Crimen incendiū est mixti fori.

<sup>2</sup> Qua pena puniatur Incendiarius de iure ciuili.

<sup>3</sup> Item qua pena plectatur de iure canonico.

CAP.

